



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

Deo Optimo, Maximo, Legislatori primario, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256



DEO OPTIMO , MAXIMO,

TEGLISATORI pri-
mario , Supremo , Sa-
pientissimo , Judicique
æquissimo , & qui cir-
cumdedisti mare termi-
nis , b & Aquis posuisti L E G E M ,
ne transirent fines suos , c Judicas
Orbem Terrarum in Justitiâ , & po-
pulos in æquitate , d L E G E M N A-
TURÆ , cum ipso rationis lumine ,
cordibus Hominum inspirasti ; A-
brahamo fidei & obedientiæ Patri ,
ejusque Semini L E G E M e C I R-
C U M C I S I O N I S imposuisti , f
L E G E M D E C A L O G I Digitis
tuis , tabulis lapideis inscriptam , cæ-
terasque L E G E S C A E R E M O-

† 3 NIA-

a Iob. 38. b Iob. 28. c Psal. 97. d Psal. 4.
Exo. 17. f Exo. 20.

NIALES , JUDICIALES , &
MORALES , famulo tuo Moysi
tradidisti : Denique novam LE-
GEM Gratiæ, Amoris , & Misericordiæ per Dilectum Filium tuum
Hominibus annunciasti , & per
Beatos Apostolos , & in die Pente-
costes, Spiritu sancto missode Cœ-
lo, promulgasti , & toti mundo no-
tam fecisti ; A T E enim , omnis
Potestas in Cœlo & Terra , origi-
nem trahit, ac à tuæ Divinæ & Æter-
næ LEGIS imperio, veluti limpidissi-
mo fonte , omnes cæteræ justæ
LEGES , tanquam lucidissimi Rivuli
profluunt , & scaturiginem ducunt,
cujus Divinæ venæ virtutem , & Sa-
porem, nisi sapiant , & imhiberint,
veluti adulterini , & insalubres repu-
tantur.

Tibi igitur summo LEGUM Au-
etori præsentem hunc NUCLEUM ,
Divi-

g Ador. 2.

Divinārum tuarum , Humānarum-
que LEGUM sinceram Medullam ,
& Succum continentem, ad Promp-
tuarium & Officinam Ecclesiæ Tuæ
defero , & Majestatis Tuæ Pedibus
suppliciter proolutus , ad Hono-
rem , & Laudem Divinæ Gloriæ
Tuæ cum profundissima animi sub-
jectione , humillimè offero : Dig-
num enim & Justum est , ut sicut
flumina,ad Mare , unde exeunt , de-
nuo revertuntur ; h̄ ita Labor meus ,
Gratiâ tua præcedente inceptus , eâ-
que concomitante continuatus , ac
subsequente ad opratum finem
productus,ad tuum vicissim serviat
obsequium & Honorem : Non
enim potui, præter Te , nobilius &
excellentius implorare Patrocinium ,
quo hic meus Nucleus à Zoilo-
rum arrosionibus, rutius defendere-
tur.

† 4

Unde

In Eccl. 1.

Unde suppliciter oro, quemadmodum priorem meum NUCLEUM
de JURE & JUSTITIA, Divino
Nomiⁿi Tuo similiter dicatum, tam
copioso Benedictionis tuæ Rore
perfudisti, ut quamvis initio, aliquo-
rum oculis, vilis & exilis appareret,
postea tamen, ejus gustum ita acui-
sti, & dulcem plurimorum palatu^r
reddidisti, ut ejus orexi, multi Ju-
STITIÆ Amatores, prolecti, intra
biennii spatum, ultra octingentas
ejusdem compositiones absumper-
int; Ita nunc similiter, super hunc
NUCLEUM Manum Tuæ Divinæ
Benedictionis, clementissime aperi-
re digneris, ut sicut peream granæ
frumenti, in terram jacta, multipli-
cata resurgunt; similiter etiam, hu-
jus NUCLEI mei Medulla & Suc-
cus, rore Gratiæ Tuæ fœcundatus, &
multiplicatus, in multorum excret-
cat, & diffundatur profectum & Sa-

lutem.

Iutem, Divinæque Tuæ Protectio-
nis Clypeo munitus , ab adversan-
tium defensus maneat incursibus.

Et cum per Tuam Providentiam,
Reges gubernent , & LEGUM Con-
ditores JUSTA decernant, i emit-
te illis de Sede Majestatis Tuæ Spi-
ritum Sapientiæ, Scientiæ, Pruden-
tiæ, Consilii, Intellectus, Fortitudi-
nis, & Timoris Tui , k ut tanquam
Fideles Ministri Regni Tui , l sine
acceptione Personarum, juxta Sacra-
rum LEGUM Præcepta , Populum
suum gubernent, ut ab omni injustâ
oppressione, & perturbatione secu-
rus, in Pace , Tranquillitate, Sancti-
tate & Justitiâ, m serviat, coram Te,
omnibus diebus vitæ suæ.

† 5 C A R-

i Prover. 8. k Eccl. 15. Isa. II. l Sapi. 6.
m Luca. I.